Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift

eque mirandi operari valet. Alio
autem tempore quedam spoletana ad sanctum Herculi-
anum pro recuperanda sanitate venit me-
ritis. que membra extensa atque integra
habebat singula. non tamen poterat surgere
vel pedibus stare. neque ad sedendum per
se erigere. Quam eius filius qui erat presbiter
equo ad implorandum sancti Herculiani
virtutem adduxit. Et oratione atque
oblatione facta. ante sanctissimum cor-
pus adduxit Herculianum. ad hospi-
cium prope ecclesiam. Mane non surrexerunt
ut recederent diluculo. mulierque
sana facta per se surgens et exiens
de lectulo. ad equum vadens equi-
tare cepit per se et exivit de hospicio.
et gaudentes recesserunt ignorante
et dormiente hospite. nec sunt reversi
ad ecclesiam ut laudes promererent. sed
ingrati ut leprosi quos sanavit dominus.
abierunt non inclinato capite. Sanctus quoque(?)
autem Herculianus non solum membra supra-
dictis aliisque multis modis debilita-
ta restauravit. sed etiam fracta sana-
vit. que etsi non scribamus. de uno saltem
dicere non negligamus. Dum super altum
murum volvens petram erat quidam
non bene se regens in altitudine.
forte ruit ad yma. Tante vero altitu-
dinis erat casus. quod satis fuit mirum
dum ad terram pervenit quod erat vivus.
Qui tamen deo ita regente casum
non est quidem mortuus. sed in membris
elisus. atque gamba ex toto fracta ita
quod caro pellisque crepuit. et exierunt
sanguis et ossa. Que licet [illegible]
a medico procurata(?) videretur quolibet
modo et sanata. ob tamen divisum
et fractum cicatrice facta ita pende-
bat et erat transversata. quod si gam-
ba moveretur videbatur ipse homo perdere
statum. Iam desperabat inde fieri sanum.
et gambam incidere medicus hortabatur.
Sed postquam sanctum Herculianum est deprecatus.
ut sibi mederetur. atque vovit se
numquam de servicio sancti Herculiani exiturum
si gamba sanaretur. tunc beatus Herculi-
anus medicus. sine ferro et unguento
est medicatus. Dum enim predictus homo precibus
et votis ante corpus postulabat sani-
tatem. eadem hora cicatrix est aperta.
et fragmen ossis transversatum [illegible] cum
multo sanguine prosiliuit. sicque homo
factus sanus prope modum cepit ire quo
voluit. O sancte Herculiane quis vale-
at tuas virtutes dinumerare. quas
tu fecisti dando in singulis membris
sanitatem. Quas ex parte ostendunt
ceree figure que pendent in ecclesia
et super altare. sed multo plures di-
ceris fecisse per diversa mundi climata.
quam nos audiverimus vel ostendant
cerea simulachra. Multe tamen
ad tuorum miraculorum memoriam et
laudem videntur in ecclesia sancti Lau-
rencii pendere ymagines. capita/ nasos/
maxillas/ gulas/ brachia/ digitos/
ungulas/ pedes/ crura. alteraque
membra ex quibus constant humana
corpora. per te diversis modis sanitatem
recepisse significantes. Illi sunt quoque
innumerabiles quorum nulle sunt facte
ymagines. qui postquam venerunt
vel sunt adducti ad sancti Herculiani
sanctitatem. recesserunt leti recepta
sanitate. qui si non valuerunt per se ve-
nire conversi(?) sunt redire. Si in capite
paciebantur aut in aliquo membro.
statim non multo post sanitatem in eo
consequebantur. Nec non alii multi qui